UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Meditandi A S. P. Ignatio Societatis Iesv Fundatore traditæ Explicatio

Le Gaudier, Antoine

Dilingæ, 1627

Reverendissimo In Christo Patri, Amplissimoqve Præsvli, Ac Domino, D. Eberhardo, Celeberrimi Rhenoviensis Monasterii In Heluetia, Abbati meritissimo, Vigilantissimo: [et]c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50280

Visual Library

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI,

AMPLISSIMOQVE PRÆSVLI,

AC DOMINO, D.

EBERHARDO,

CELEBERRIMI RHENOVIENSIS MONASTERII IN Heluetia, Abbati meritiſſimo, Vigilantiſſimo; &c.

Typographia Academica Dilingana, Felicitatem.

Ortum libellus iſte, vt vides, *Reueren-*

uerendiſsime & Ampliſ-ſime Præſul, in Inſula tua quærit: quod enim Pharos olim nauibus, hoc tuum ipſi Cœnobium eſt; turrim illic ſtetiſſe memorat Plinius, ſumptibus Ptolemæi Regis & arte Soſtrati Gnidij claram; faces inde in inaria circumfuſa lucebant: & ductum earum vela ſequebantur: Neque ſecus facit hæc noſtra cymbula, libellus inquam iſte de oratione mentali

typis

typis hîc Academicis deſcriptus. Faces videt è tua Pharo, inclytas ſanè & illuſtres; & tot omnino, quot Cœnobitas; ſequitur has in ſtationem ſuam, portumque adeo amicum ſperat, cum merces inuehat iam antè notas & gratas. Vidimus certè Dilingæ, Viros genere, eruditione, & quod caput eſt, egregia virtute præſtantes, quos tua ſcilicet inſula emiſit: Nec dubium quin po-

tiſſimam ijs laudem præclara eiuſmodi mentis cõmentatio pepererit. Eſt enim hæc verè mater altrixque virtutum, quas velut optimum quendam partum in publicum edit, vbi iam ante, è ſacris fidei noſtræ myſteriis, fætum ſatis intelligendi volendique facultates formarint. Succedere tua proinde ſingularis etiam humanitas, *Reuerendiſsime & Ampliſsime Præſul*, patietur

A 3 hanc

hanc cymbulam, vt bona iam dudum habita, alere porrò, ſeruareq́; non parùm iuuet. Quam inclyta Pharos tua felicitatem, vt capiat, tuq; illam diu felix tenere pergas, votis intimis precamur. Dilingæ, VI. Maij, Anno à Chriſto nato M. DC. XXVII.

I N